

S. John.

In illo tempore: Iam die festo mediante: ascendit ihc in templum et docebat: et mirabantur iudei dicentes. Quomodo hic litteras scit. cum non didicerit. Respondit eis ihc. et dixit. Mea doctrina non est mea: sed eius qui misit me. Si quis voluerit voluntatem eius facere: cognoscet de doctrina mea. utrum ex deo sit: an ego a me ipso loquor. Qui a semet ipso loquitur: gloriam propriam querit. Qui autem querit gloriam eius qui misit illum. hic verax est. et iniusticia in illo non est. Nonne moyses dedit vobis legem. et nemo ex vobis facit legem. Quid me queritis interficere: respondit turba et dixit. Demonium habes: Quis te querit interficere: Respondit ihc et dixit eis. Unum opus feci. et omnes miramini. propterea moyses dedit vobis circumcisionem: quia non ex moyse est. sed ex patribus et in sabbato circumciditis hominem. Si circumcisionem accepit homo in sabbato. ut non solvatur lex moysi. mihi indignamini quia totum hominem sanum feci in sabbato. Nolite iudicare secundum faciem: sed iustum iudicium iudicate. Dicebant ergo quidam ex ierosolimis. nonne hic est quem querunt interficere. Ecce palam loquitur. et nichil ei dicunt. numquid vere cognoverunt principes quia hic est xpc. Sed hunc scimus unde sit. clamabat autem docens in templo. ihc dicens. Et me scitis. et unde sim scitis et a me ipso non veni.

sed est uerus qui misit me quem
uos nescitis. Ego scio eum. Et
si dixero quia nescio eum, ero
similis uobis mendax. Sed scio
eum, quia ab ipso sum, et ipse mi
sit me. Querebant ergo eum apprehen
dere, et nemo misit in illum ma
nus, quia nondum uenerat ho
ra eius. De turba autem multi cre
diderunt in illum. Off.

Expectans expectaui dominum
et respexit me et exaudiuit depre
cationem meam et immisit in
os meum canticum nouum
hymnum deo nostro. Secr.

Hec hostia quesumus domine emundet
nostra delicta, et sacrificium
celebrandum subditorum tibi corpo
ra mentesque sanctificet. Per. Co.

Letabimur in salutari tuo et
in nomine domini dei nostri

magnifica bimur. Pc.

Huius nobis domine perceptio sa
cramenti mundet a crimi
ne, et ad celestia regna perducat.

Miserere domine populo Super populum.
tuo, et continuis tribula
tionibus laborantem propitius res
pirare concede. Per. Fer. iiii.

Dum sanctificatus fuero
in uobis, congregabo uos de uniuersis
terris et effundam super
uos aquam mundam et mun
dabimini ab omnibus in
quinamentis uestris et dabo
uobis spiritum nouum.

Ps. Benedicam dominum. Euouae. Coll.

Deus qui et iustis premia
meritorum, et peccatoribus per
ieiunium ueniam prebes, mise

[illegible] idem infra

Fordeboken A° ... Halicto Heredt
Pro Anno 1606

N6
2

fr̄ tuus. Dicit ei martha. Scio quia
resurget in resurrectione in nouissi
mo die. Dicit ei ihc. Ego sum resur
rectio et uita. Qui credit in me. eci
am si mortuus fuerit uiuet. Et oīs
qui uiuit et credit in me. nō mori
etur in etnū. Credis hoc? Ait illi.
Utiq; dn̄e. Ego credidi. quia tu es
xp̄c filius dei uiui. qui hūc mun
dū uenisti. Et cū hec dixisset. abi
it et uocauit mariā sororē suam.
silencio dicens. Magister adest. et
uocat te. Illa ut audiuit surrexit
cito et uenit ad eum. Nondū enī
uenerat in castellum ihc. sz erat
adhuc in illo loco ubi occurrerat ei
martha. Iudei ergo qui erant cū ea
in domo. et consolarentur eam.
cū uidissent mariam quia sur
rexit cito. et exiit secuti sunt eā.
dicentes. quia uadit ad monumē
tum ut ploret ibi. Maria ergo cū
uenisset ubi erat ihc. uidens eū
cecidit ad pedes eius. et dixit ad
eū. Dn̄e si fuisses hic. frater meus nō
fuisset mortuus. Ihc ergo cū uidit
eam plorantē et iudeos qui ue
nerant cū illa plorantes. fremuit spū
et turbauit semet ipsum. et dixit. Ubi
posuistis eum. Dicunt ei. Dn̄e ueni et
uide. Et lacrimatus est ihc. Dixerunt
ergo iudei. Ecce quomō amabat eum.
Non poterat hic qui aperuit oculos
ceci nati facere ut hic nō moreretur.
Ihc ergo rursum uidens fremens in
semet ipso. uenit ad monumentum.
Erat autē spelunca. et lapis sup
positus ei. Ait ihc. Tollite lapidem
Dicit ei martha soror eius qui mortu
us fuerat. Dn̄e iam fetet. quatridu
anus enim est. Dixit ei ihc. Nonne
dixi tibi. quoniam si credideris. uidebis
gloriam dei. Tulerunt ergo lapidem.
Ihc autē eleuatis oculis sursum dixit.
Pater gracias ago tibi. quoniam audisti me.
ego autē sciebam quia semper me au
dis. sz propter populum qui circumstant ut
credant quia tu me misisti. Hec cum
dixisset. uoce magna clamauit. lazare
ueni foras. Et statim prodiit qui erat
mortuus ligatus manus et pedes in
stitis. et facies illius sudario erat ligata.
Dixit ergo eis ihc. Soluite eum. et sini
te abire. Multi ergo ex iudeis qui uene
rant

Collationeret ... Octobris ...

ad mariam et martham. uidentes
que fecit: crediderunt in eum. Off.

Populum humilem saluum
facies domine et oculos super
borum humiliabis quoniam
quis deus preter te domine.

Hec sacrificia nos omnipotens Secr.
deus potenti uirtute mundata
ad suum faciant puriores uenire principium. per. Communio.

Videns dominus flentes sorores
lazari ad monumentum lacrimatus
est coram iudeis et clamabat lazare
ueni foras et prodiit ligatis manibus
et pedibus qui erat quatriduanus mor[tuus].

Hec nos qs domine participatio Pc.
nis sacramentum et a
propriis reatibus indesinenter expediat
et ab omnibus tueatur aduersis. per. Sup[er populum]

Adesto domine populis tuis qui Psalm.
sacra mysteria contigerunt
ut nullis periculis affligantur: qui
te protectore confidunt. per. Sabbato.

Sitientes uenite ad aquas
dicit dominus et qui non habetis
precium uenite et bibite cum leticia. Ps. Attendite popule. euouae.

Fiat domine qs per gratiam tuam
fructuosus nostre deuotionis
effectus. quia tunc proderunt
nobis suscepta ieiunia. si tibi sint
placita pietati. per. Lectio ysaie prophete.

Hec dicit dominus deus. In tempore
placito exaudiui te. in die
salutis adiuui te. Et seruaui te
et dedi te in fedus populi: ut sus-
citares terram. et possideres he-
reditates dissipatas. Et diceres
his qui uincti sunt exite: et his
qui in tenebris sunt reuelami-
ni. Super uias pascentur. et in